

FLORA.

№ 5.

Regensburg.

7. Februar.

1860.

Inhalt. ORIGINAL-ABHANDLUNGEN. Nylander, de *Stictis* et *Stictinis* adnotatio. Arnold, die Flechten des fränkischen Jura. — ANZEIGE. Nylander, synopsis methodica Lichenum.

De *Stictis* et *Stictinis* adnotatio. Scripsit William Nylander.

Stictae genus, quale apud Acharium et auctores eo posteriores expositum fuit, culmen Lichenum exhibet, nullis enim aliis formatio thalli et apotheciorum et spermogoniorum simul aequae evoluta observatur. In *Stictis* organa adhuc inveniuntur peculiaria, cyphellae, quae aliis Lichenibus desunt, scilicet cyphellae verae urceolatae vel thelotremoideae. Tamen *Stictae* plures cyphellas tales non habent, ad eorum loco cyphellas parvas superficiales pulverulentas (*pseudocyphellas*) aoredia minuta imitantes, quales quoque in genere *celtrariae* vel *Platysmatis* vel apud *Nephromium tomentosum* var. (Schaer. L. H. 508) occurrunt. Denique in quibusdam speciebus cyphellae, nec pseudocyphellae reperiuntur. Raro in *Stictis* cephalodia observantur faciei pyrenodeae in pagina infera thalli, analoga ac in *Nephromio expallido* Nyl. (in Norvegia lecto a cel. W. P. Schimper). Adsunt apud *Stictas* adhuc in thallo nascentes formae isidioides singulares, ut in *Sticta damaecorni* raro et in *Ricasolia glomulifera* frequenter, omnino referentes pulvinulos sparsos *Leptogii laceri* var. *lophaei*; in *Sticta damaecorni* var. *lineari* eadem obveniunt leptogioideae flagellatae parce ramosae et situ marginali, quasi *Leptogium* aliud parasitam exhibentes.

Stictae optime subtribum propriam sistant *Parmeliearum* quae subtribus nominanda sit *Stictet*. Differunt hi jam paraphysibus et sporis a *Parmellis* (vel *Parmelleis* sensu strictiori) tribusque dividendi sint generibus: *Stictina*, *Sticta* et *Ricasolia*. Notas ante jam

Flora 1860.

5

in scriptis meis dedi generis *Ricasoliae*. Nuperius vero *Stictinas* distinxit a *Stictis* quibus nomen hoc conservo. *Stictinae* differunt praesertim strato gonimo granulis gonimis constituto a *Stictis*, quarum systema gonidiale gonidia vera continet. Distinctio inter eas igitur est simplicissima et facillima. Jam oculo nudo vel sub lente stratum gonimon *Stictinarum* vulgo agnoscitur colore coeruleo vel obscure plumbeo-coeruleo a strato eodem laete viridi vel flavo-viridi apud *Stictas*. E speciebus europaeis pertinent ad *Stictinas*: *St. sylvatica*, *fuliginosa*, *limbata*, *intricata* (Del.), *crocata*; ex exoticis *St. guercizans*, *argyrea*, *fragillima*, *faveolata*, *serotinescens*, *carpoloma*, *Mougeotiana*, *Humboldti*, *Kunthi*, *Lenormandi*, *tomentosa*, *flicina* etc.

Stictae (meo sensu) adsunt in Europa: *St. pulmonaria*, *linita*, *Garovaglii*, *scrobiculata*, *aurata* et *damaecornis*; exoticae huc referendae plurimae, ut *St. variabilis*, *laciniata*, *endochrysa*, *nitida*, *orygmaea*, *obsoleta*, *punctulata*, *Freyinetii* etc. Hac distinctione *Stictinae* et *Stictae* criterium novum datur et utilissimum credo dignoscendis speciebus difficilibus et ab omnibus auctoribus. Separantur ex mea methodo haec genera omnino ut *Nephromia* a *Nephromatibus* atque ut *Pannariae* a *Psoromatibus*.

Sunt *Stictae* cogniti numero 62, scilicet *Stictinae* 30, *Stictae* 19 et *Ricasoliae* 13.

Parisiis, d. 30 Januarii, 1860.

Die Lichenen des fränkischen Jura. Von F. Arnold.

(S. Flora 1859 p. 145.)

Evern. Parmel. Stict.

1. *Evernia prunastri* L. Ach. mit Apothecien vereinzelt an einer alten Eiche unweit Sappenheim bei Eichstätt.
2. *Imbricaria perlata* L. Körb. fructificirend selten an alten Buchen zwischen Wasserszell und Breitenfurt bei Eichstätt.
3. *Sticta pulmonaria* L. Schär. mit Apothecien an alten Fichten und Buchen im Walde des Affenthal bei Eichstätt.

Placodaeae.

4. *Placodium saxicolum* (Poll.) Mass. ric. 23. s. Flora 1858 p. 205.

α. vulgare Körb. — incl. *versicolor* Körb. Parerga 54.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1860

Band/Volume: [43](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [De Stictis et Stictinis adnotatio 65-66](#)